

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica  
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

**Valiero, Agostino**

**Coloniae, 1582**

Locus à Consequentibus. Cap. XXXVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69050)

locū adhibuit in sermone de ieunio. Ieiunāris color grauitatis plenus est, non iinpuidentem ruborem efflorescens, sed pallore modesto ornatus, placidus & nis oculus, sedatus incessus, vultus animi secum loquentis index, nulla intemperantis risus insolentia, moderatio linguae, et cordis puritas. Adhibuit etiam eundem locum, coloribus depingens iracundum: Num decorus est vir iracundus? depositum figuram humanam, bellum figuram assumit, effebuit ira, commoti sunt oculi, non sunt ȳdem oculi, ignis faciem induit. S. verò Hieronymus hoc loco est usus, cùm extreum iudicij diem exprimeret: Siue comedo, siue bibo, siue dormio, semper insonat auribus meis illa vox, Surgite mortui, venite ad iudicium.

## Locus ab Antecedentibus.

Cap. XXXVI.

**A**NTECEDENTIA, hoc ab adiunctū differunt, quod antecedentia sic antecedunt consequentia, ut cum ipsis necessariò cohærent; adiuncta, nō cohærent necessariò. Ratio argumentandi ab antecedentibus, est huiusmodi: Christus resurrexit, qui est resurrectio nostra, & nos resurgemus: nobilissima virtute qui est præditus, nempè charitate, patiens est, benignus est, nō querit, quas sua sunt, sed gloriam Dei habet propositam.

## Locus à Consequentibus.

Cap. XXXVII.

**A**Consequentiibus talis est argumentandi forma: Prudens est, ergo res dubias non affirmat: qui est sapiens, est humilis. Insignis est locus apud Euangelistam Mattheum, quo Dominus & magister omnium, à conse-

quentibus probat pauperes spiritu, hoc est, humiles, esse beatos; quia ipsorum est regnum cælorum: item beatos mites, quia possidebunt terram; non solum hanc, sed (ut S.interpretatur Augustinus) terram viuentium: qui sermo omnes beatitudinis consequendæ vias complectens, est omnium, qui vñquam habiti sunt, sermonum pulcher-rimus & fructuosissimus.

Locus à Repugnantibus.

Cap. XXXVIII.

**R**E PV G N A N T I A sunt, ea quæ neque certal-  
ge, neque ordine inter se differunt; qua ratione à  
contrarijs, atque dissimilibus discernuntur. Argumenti à  
repugnantibus, talis est forma: Qui diligit Deum, non o-  
dit quenquam: si fato omnia fierent, tolleretur liberum  
hominis arbitrium; laus, poena, virtus, vitium, gloria, ina-  
nia essent nomina: proximus inuidet fratri suo, ergo cha-  
ritatem non habet: & hoc loco concionatores solent vii,  
tractantes illam sententiam, nomine Christianos nos di-  
ci, sed mores repugnare nobilissimo nomini, quo nomina-  
mur: humilitatis enim, mansuetudinis, obedientiae, cle-  
mètiae, & omnium virtutum exemplar dedit Christus Ie-  
sus, à quo nomen accepimus: nos volumus haberi, qui non  
sumus, meliores, doctiores, atque etiam ditiores, quām  
sumus: turpe putamus non vlcisci iniurias: imperare est  
iucundissimum. it à etiam poterit argumentari; Qui di-  
ligit mundum, non est charitas Dei in eo, & si quis dixe-  
rit, quia diligo Deum, & fratrem suum odit, mēdax est.  
D. Ambrosius usus est hoc loco in sermone de decollatione  
S. Ioannis Baptistæ, his verbis: Postremò, quod etiam om-  
nes